97

1522. ni fallor.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ, Jacobo Focar.

Nobilis et egregiè Nobis sincere dilecte.

Mandavimus fideli nostro Generoso Joanni Bonner generali Procuratori Nostro, committere tuæ Sanctitati aliqua isti negotia Nostra apud summum Pontificem curanda. Postulamus ab illa, ut quemadmodum ille præscripserit, ipsa negotia curare velit expedienda et uti hij, quorum alterum ad Episcopatum Plocensem, alterum vero ad Præmisliensem cum reservatione suorum beneficiorum præsentamus, absq. mora et difficultate confirmentur. Nam molestissimum Nobis esset, si quid istic aliter quocunque colore disponi deberet, neque id ferre, ac admittere, et ullo pacto possemus, sed confidimus in prudentia ipsius summi Pontificis, quæ non vulgari prædicatur, quod nobis hanc injuriam et molestiam non exhibebit, referemus Operam tuæ Sanctitati omni favore et benévolentia Nostra regia. Quæ benèvaleat. Ect~